

num. 21. Neuz. lib. 4. sylvæ nuptia, num. 23. versic. octa-
volimita. & Antonius Gabrieli in d. concl. 15. num. 19.
Et Rota Roman. in decis. 219. num. 7. in 2. par. in novis-
simis. Et hanc quidem declarationem comprobant Alci-
præcator in loco simili traditione Bal. in leg. cum oportet.
in princ. C. de bonis quæ liberis, cum dixit, quod si-
lius habitans seorsum à patre, est tutus in possessorio, quod
scilicet bona, quæ possidet, non sint profecticia. Quæ de
re diximus in superiore præsumptione.

Hanc declarationem veram esse intelligit Alciatus,
25 quando vxor sola possideret, alijs si possideret vna cum
marito, præsumeret potius possessio ipsius mariti, &
ipsam vxorem iure familiaritatis possidere, secundum Alex-
an. post alios in l. qui iure familiaritatis, n. 7. ff. de acq.
possi. & tradit Bald. in leg. ob maritorum. C. ne vxor pro
marito, & in specie idem scripsit Coraf. in lib. 3. miscell.
jur. cap. 5. num. 2. Hæc traditio (inquit Alciat.) est egre-
gia extensio ad d. l. qui iure familiaritatis, ut ille qui ha-
bet titulum præsumatur possidere iure familiaritatis,
quando scilicet ille titulus iuris præsumptione ad alium
spectat, sicuti in casu nostro titulus, quem habet mul-
ier, pertinet ad maritum præsumptione iuris, ex dict. l.
Quintus.

*Acquisita ab administratore bonorum Principis, vel
Reipubl. quando præsumantur quasita propria
pecunia, vel illa Principis, &
Reipubl.?*

S V M M A R I V M.

- 1 Administrantem res principis, vel Reipubl. ex publicis pecunijs
dicitur præsumi.
- Contraria opinio referunt. nu. 4.
- Tertia opinio, num. 6.
- Quarta opinio, num. 7.
- Quinta quod ad iudicis arbitrium recurrendum sit. nu. 8.
- 2 Administrator Reipublicæ. administratoris ecclesiæ æquipara-
tur.
- 3 Prelatus ecclesiæ administrator ex bonis ecclesiæ præsumitur ac-
quisuisse.
- 4 Præsumptio bona, & honesta in dubio ad delictum evitandum
sumenda est.
- 5 Vasallum in dubio, ex propria industria, non ex bonis feudalibus
acquisuisse.

P R Æ S V M P T. LII.

REGÈ superiori præsumptioni annexitur hæc, quæ
do scilicet acquisita ab administratore bonorum
principis, aut Reipubl. præsumantur quasita propria pec-
unia, vel illa principis, vel Reipubl. qua quidem in re
extant interpretum opiniones. Vna fuit Accursij in l. fa-
cultas. C. de iure fisci. lib. 10. qui affirmavit, administra-
torem præsumi divitem effectum, atque ita acqui-
suisse ex publicis pecunijs. Hanc opinionem secuti sunt
Bal. in l. 2. n. 12. C. de hæred. vel acti. vend. & in c. 1. n. 4.
de contentione inter dom. & vasallum. de inuelti. feudi. vbi,
& de ipso vasallo ita scribit Corafius lib. 3. miscella. iu-
ris, cap. 5. num. 6. & Ascanius Clemens in trac. de patria
potestate, effecti secundo, num. 46. Et ij adducti sunt il-
lo tex. d. l. defensionis facultas. Qui quidem non probat,
2 secundò vsi sunt ea ratione, & argumento, quod præmi-
nistrato Reipublicæ æquiparatur administratori eccle-
siæ, sicuti ipsa Reipubl. ecclesiæ comparatur. l. ult. C. de
3 sacros. eccl. Atqui iuris est præsumptio, quod prælatus
ecclesiæ administrator, acquisierit ex bonis ecclesiæ, ut
in subsequenti præsumptione dicemus. Ergo idè dicen-
dum est in administratore Reipubl.

Cæterum rationem hanc confutant Baldus in c. i. nu.

4. de contentione inter dom. & vasallum. de inuelti. feudi. &
Dec. in cons. 6. nu. 1. & in cons. 275. in fin.

Tertiò moti sunt argum. l. Quintus. ff. de donat. inter
vir. & vxor. de qua superiore præsumptione diximus.
Verum longa est differentia inter casum dict. l. Quintus
& hunc nostrum. Ille enim est de præsumptione hone-
sta. Hic de turpi.

Secunda est opinio præcedenti contraria, quod imò
hic administrator non præsumitur effectus dives, atque
ita acquisuisse ex pecunia Reip. Qua in opinione fue-
runt Bart. in dic. l. facultas. C. de iure fisci. lib. 10. Bald.
in l. quisquis. in fi. C. si cert. pet. & in l. si defunctus. Cod.
arbitrium tutelæ. in l. cum oportet. in princ. num. 13. C.
de bonis quæ liberis. Dec. in consil. 6. num. 1. & in cons.
175. in fin. Bertrand. in cons. 151. num. 6. lib. 6. Benuen.
Straccha in trac. de mercatura, par. 4. num. 37. & Ma-
scard. concl. 216.

Et ij quidem ea ratione primò moti sunt, quia in du-
bio præsumptio bona, & honesta sumenda est, ut deli-
ctum evitetur. l. merito. ff. pro socio. confert ca. quod in
dubijs. Et confert, quod ita dicimus in tutore, qui non
præsumitur subtraxisse bona pupilli, cuius tutelæ, & ad-
ministrationem gessit, sed tantummodo tenetur redde-
re rationem administratæ tutelæ, & restituere, quod a-
pud se habebit. leg. si defunctus. C. arbitrium tutelæ, &
explicauimus sup. Præterea accedit, quod non reperitur
(ait Bald. in d. l. cum oportet.) iure cautum, ita esse con-
tra hunc administratorem præsumendum. Et ob id cõ-
tenti esse debemus penes legalibus, iuxta l. qui sine vsu-
ris. ff. de negoc. gest. & l. si stipulatio. de verb. oblig. le-
galis autem pena est, ut si apparebat hunc administra-
torem subtraxisse, puniri debeat. Non tamen ita statim
dicere debemus, eum subtraxisse.

Tertia fuit opinio Ioan. de Platea in d. l. facultas. in
vers. sanè. in fine. C. de iure fisci. lib. 10. qui sic distinxit,
Aut hic publicus administrator est ex his, qui prohiberi
sunt negociari, & cõtra here, & tunc præsumitur iniuste
acquisuisse. l. non licet. ff. de contrah. emp. & l. quisquis.
C. si cert. pet. Verum casus iste non convenit nostro, si re-
ctè perpèdatur. Aut est ex his, quibus permillum est cõ-
tra here, & negociari, & pecuniæ publicæ administratio
apud eum non est, & tunc (inquit Platea) non præsumi-
tur acquisuisse ex pecunia publica. l. Præfidis. ff. si cert.
pet. Hic casus extra rem nostram est. Aut (ait Platea) est
ex his, quibus est cõcessum contrahere, & negociari, &
apud eum erat administratio pecuniæ publicæ, & de ad-
ministratione ipsa reddidit bonum computum. Hoc ca-
sus (inquit Platea) non præsumitur acquisuisse ex pecu-
nia publica. Et hunc casum admittit etiã in specie Bal.
in d. cap. 1. num. 4. de content. inter do. & vasallum. Et
hic quidem casus nil pene ad rem nostram pertinere vi-
detur, cum sit de re clara. Aut (inquit Platea) nullã red-
dit rationem. Et tunc præsumitur acquisuisse ex pecu-
nia publica. Hic casus ille est, qui in controuersiam ve-
nit. De quo quidem ipse Platea sentit cum glos. in dic. l.
facultas.

Quarta fuit opinio Ripæ in l. si ventri. §. eorum. in
fi. ff. de priuileg. credit. qui visus est ita distinguere. Aut
dicimus, quod administrator, & officialis iste, diu exer-
cuit officium factus est dives, atq; ita multa acquisiuit.
Hoc casu dicendum non est, quod præsumatur id fecisse
ex bonis fisci, cum præcisè hoc lex non præsumat. Ita p-
cedit secunda illa opinio Bar. & Bal. & sequacium. Aut
dicimus, administratorem hunc præsumi factum divitem
causa officij, siue modò ex bonis fisci, siue priuatorum.
Et hoc casu dicendum est, quod ita præsumitur effectus
dives. Verum nec opinio hæc satis tuta est.

Quinta, & vltima fuit opinio Lucæ à Pèna in d. l. fa-
cultas. in fi. C. de iure fisci. lib. 10. qui tãdem hoc iudicis
arbitrio relinquendũ esse cõsult, ut is pro qualitate per-
sonæ

P R Æ S V M P T. LIII.

Conuenit, ut hoc loco differamus, quando bona ac-
quisita à clerico, & Prælo ecclesiæ, præsumantur
acquisita ex bonis vel ecclesiæ, vel proprijs. Quæ quidem
de re, cum plura scripserim in comment. de arbitr. iud.
lib. 2. casu 195. pauca huic afferre statui. Distinxi illo in
loco quatuor casus.

Primus est, quando clarè constat clericum præ alia bo-
na non habuisse, quam illa ecclesiæ, nec aliquod officium
vel exercitium, ut inde aliquid lucrari possit. Hoc casu
dixi in d. casu 195. num. 3. præsumi acquisita ex bonis
ecclesiæ. Et huius sententiæ commemorauit Abbas, Romanus,
& Socin. Senior. His nunc accedit Lopus in al-
leg. 113. nu. 1. Corn. in cons. 314. nu. 1. lib. 3. & in consil.
79. nu. 3. lib. 4. Capolla in cons. 51. col. pen. sed vbi Præla-
tus in citatib. Barb. in consil. 69. col. pen. lib. 3. Decius in
cons. 75. in fi. Lucas à Penna in l. facultas. in fin. C. de iu-
re fisci. lib. 10. Alciat. in resp. 18. num. 1. Ripa in l. si neu-
tri. §. eorum. in fin. ff. de priuileg. credit. Boer. in q. 81. nu. 6.
& apertius Neu. in cons. 93. num. 2. 5. & Didac. in c. 1. nu.
6. de test. & Alcan. Clemens in commentar. de patria
potestate, effecti secundo, nu. 46. Rolin in cons. 90. nu. 11.
lib. 2. & Masc. in concl. 202. nu. 2.

Et ij quidem moti sunt ex c. 1. de test. & cap. 1. de pec-
cler. & arg. l. Quintus. ff. de dona. inter virum, & vxor. &
apertè probat c. 1. 2. qu. 3. Et hoc in casu non hñ ratio,
quod sit clericus, vel eius hæres in possessione. Nò enim
possessio præsumptionem hanc tollit, sicuti tradunt Præ-
pos. in c. sint manifeste, num. 4. in fin. q. 1. & Neuz. in d.
consil. 93. num. 25.

Secundus est casus, quando clericus vltra bona eccle-
siæ habebat bona patrimonialia, vel officium, ut in cu-
ria Romana, vel exercitium, ut quia erat Doctor, & pu-
blicè docebat, & constat ab eo quasita, fuisse quasita ex
proprijs bonis, vel industria, non autem ex bonis eccle-
siæ. Hoc in casu verisimur in claris. Nam illi non autem
ecclesiæ acquirunt. Ita scripsi in d. casu 195. num. 4. & 5.
Adò nunc multos ita in specie affirmantes. Ita sanè
Corn. in dic. consil. 314. num. 4. lib. 1. Capolla in d. cons.
51. col. pen. Præposit. in d. c. sint manifeste, col. 1. versic.
aut tempore promotionis. 12. q. 1. Idem sentit Capra in
cons. 20. num. 3. & manifestè Didac. in cap. 1. num. 10. de
testamen. & Alciat. resp. 18. num. 1. vers. 3. pro eadem. Et
hic quidem casus maximè procedit, quando prælatus
est bonæ vitæ. Nam pro eo multum præsumitur, sicuti
in specie respondit Corn. in d. cons. 214.

Tertius est casus, quando prælatus habebat bona p-
pria, & ecclesiæ, ut supra, sed tamen bona ecclesiæ erant
modici, & redditus patrimonij satis opulenti. Hoc casu
præsumitur, quod acquisita sint ex bonis proprijs, & e-
contra quando bona ecclesiæ sunt multa, illa verò patri-
monij modica, præsumatur, quod acquisita sint ex bonis
ecclesiæ. Ita Præpos. in d. c. sint manifeste. col. 2. vers. &
in dubio si non appareat.

Quartus est casus, quando prælatus habebat bona
propria, & ecclesiæ, ut supra, & tam bona ecclesiæ, quam
propria tot sunt, ut verisimiliter ita ex proprijs, quæ ex
illis ecclesiæ acquirere potuerit. Et non constat ex quib-
bonis acquisierit. Hoc casu præsumitur acquisuisse tam
ex bonis ecclesiæ, quam ex proprijs. Et propterea iudicis
arbitrio diuidi illa debent inter ecclesiã, & hæreses Præ-
lati. Ita auctoritate multorũ scripsi in princ. comment.
de arbitr. iud. lib. 2. casu 195. nu. 7. Eisdè sententiæ addo
nunc Præpos. in d. c. sint manifeste. col. 2. vers. si verò v-
trumque Neuz. in cons. 93. nu. 21.

Quintus est casus, quando clericus non fuit præmo-
tus ad aliquod beneficium, sed habebat solummodo ali-
quam pensionem, vel salarium, aut vicariam tempora-
lem in ecclesiã. Hoc casu non præsumitur, quod illa à se
deinde quasita acquisierit ex bonis ecclesiæ. Ita Præpos.
Tomus Primus. Bb 3. in dic.

Quintus est casus, quando clericus non fuit præmo-
tus ad aliquod beneficium, sed habebat solummodo ali-
quam pensionem, vel salarium, aut vicariam tempora-
lem in ecclesiã. Hoc casu non præsumitur, quod illa à se
deinde quasita acquisierit ex bonis ecclesiæ. Ita Præpos.

- 1 Prelatus, aut clericus non habens alia bona, vel officij aut exer-
citiũ, omnia ex bonis ecclesiæ præsumitur acquisuisse.
- 2 Clericus vltra bona ecclesiæ, patrimonium habens, aut offi-
cium, vel exercitium, ex eo bona non ecclesiæ, sed sibi acqui-
rit.
- 3 Idque præsertim si bona vitæ sit. nu. 3.
- 4 Prelatus habens bona ecclesiæ, quæ tamen exigui sint redditus,
patrimonialia verò opulenta satis, ex illis præsumitur acqui-
suisse, & econuerso.
- 5 Prelatus cum patrimonium satis amplum habens, tum bona ec-
clesiæ magni redditus, tam ex ecclesiæ bonis, quam proprijs
præsumitur acquisuisse.
- 6 Prelatus ad officium non promotus, sed certam tantum habens
pensionem, non præsumitur ex bonis ecclesiæ acquisuisse.
- 7 Prelatus, de quo non constat an bona propria habuerit, vel offi-
cium, ex quo potuerit ditari, bona post prælaturam adeptam
ex bonis ecclesiæ præsumitur acquisuisse.
- 8 Quid autem si dubium sit, virum ante, vel post prælaturam ac-
quisuerit. nu. 8.
- 9 Opinio prima est, ut hæredibus prælati in possessione existentib.
pro eis sit præsumptio.
- 10 Secus si ecclesiã possideat. nu. 9.
- 11 Contraria est aliorum opinio, indistinctè ex bonis ecclesiæ censeri
acquisitum. nu. 10.
- 12 Prelatum tempore quo dignitatem assequitur, teneri conficere
inuentarium de rebus, quas ex patrimonio, aliorvè titulo ha-
bet, secundum Bald.
- 13 Prelato constituto fratre, vel consanguineo administra-
torem ecclesiæ suæ, vtrũ bona acquisita ab eo, ex redditibus
ecclesiæ præsumantur. & nu. 13.
- 14 Consanguinitatis coniectura, in prælati consanguineo contra-
hente circa bona ecclesiæ, vtrum ad arguendam fraudem suf-
ficiat.

in d. cap. sint manifestæ. col. 1. vers. secus si solum simplex. 12. quæst. 1. Alex. in cons. 116. num. 3. lib. 7. Neu. in consil. 93. num. 25.

7 Sextus est casus, quando est dubiū si an Prælatus alia bona, quam illa ecclesiæ habuerit, vel aliquod officium, ita ut acquirere potuerit ex proprijs bonis, vel ex bonis ecclesiæ, & constat bona acquisita fuisse post assecutam prælaturam, & beneficium.

Hoc in casu præsumuntur ex bonis ecclesiæ acquisita. Ita scribunt Abb in c. cum esset, num. 24. in fin. de test. Soc. Sen. in cons. 91. col. 3. vers. confirmatur hoc in casu. lib. 3. quos secutus sum in dict. casu 195. numer. 9. Eiusdem sententia nunc addo Dynum in c. ratum. in fin. de reg. iur. in 6. Lucam à Penna in l. 3. col. 4. vers. 7. præsumptio. C. de apochis publ. lib. 10. & in l. facultas. in fine. C. de iure fisci. lib. 10. Præpos. in c. sint manifestæ. nu. 3. 12. q. 1. 10. Lupus in rubr. extra de donat. inter vir. & vxor. §. 60. nu. 16. in fi. & nu. 17. Didac. in c. 1. num. 6. in fin. & Tiraquel. in tract. de privileg. piæ causæ, in priu. 120. & Mascard. in d. conclus. 202. num. 4.

8 Septimus est casus, quando est dubium an Prælatus alia bona quam illa ecclesiæ habuerit, & dubium etiam est, an bona acquisita, fuerint ab eo acquisita ante prælaturam, vel post? Hic casus multum dubitationis habet. Nam Goffr. in summa de successibus ab intestato distinguunt, quod aut hæredes prælatis sunt in possessione ipsorum bonorum, & tunc præsumitur, quod bona quæ sita fuerint ante prælaturam, & propterea onus probandi contrarium, incumbit ecclesiæ. Aut verò ecclesia est in possessione, & tunc præsumitur bona acquisita fuisse post susceptum beneficiū, & prælaturam, atque ita contrarium probare tenentur hæredes prælatis. Hanc Goffredi distinctionem probarunt Abb. in c. 1. de testa. & in cap. 3. in fi. de pecu. cler. Rom. in cons. 159. col. pen. vers. tertio casu. Cardinalis Zabarella in consil. 79. col. 2. Barba. in c. 1. in fin. de peculo cleric. Sal. in Auth. licentiam. C. de episc. & cler. Dec. in l. ult. num. 53. C. de edic. Diui Adr. tollen. Ripa in c. sapè. col. 1. vers. sextum est. de restit. spol. Bertachin. in tract. de episcopo. lib. 4. p. 4. num. 1. Alc. in cons. 1. num. 19. vers. 4. respondeo. Catelinas Cotta in memora. in verbo, possessionis commoditas. & Tiraq. in tract. de iure primogen. q. 7. opinione 11. num. 8. Et hos quidem secutus sum in commentarijs de arbitrijs iudic. lib. 2. casu 195. in fine. & accedit Rota Romana referre Puteo in decis. 228. lib. 2. quæ ob id ait, sic posse definiiri illud dubium, quando ius patronatus acquisitum à clerico, dici debeat sæculare, vel ecclesiasticum. Et ij quidem adducti sunt notabili tex. c. 1. 12. q. 5. vbi D. Greg. III. censuit, bona illa non esse auferenda à legataria illius Constant. Episcopi testatoris, nisi ecclesiæ actores probauerint, post ipsam dignitatem à Constantino acquisita fuisse.

9 Ceterum Didac. in c. 1. nu. 9. de test. scribit. d. c. 1. 12. q. 5. fuisse desumptum ex D. Greg. lib. 10. epistolæ. 43. epistola, ad Deodatū episcopum Mediol. Quo sanè in loco non tam motus est D. Gregor. ex præsumptione ducta à possessione legataria, quam quod fama perlata fuerat ad ipsum Diuum Gregorium, illa bona fuisse acquisita à Constantino ante episcopatum.

Contrariam opinionem, quod scilicet præsumantur hoc in casu bona acquisita ex bonis ecclesiæ, etiam si prælatis hæredes possideant, affirmarunt Io. Andr. Butr. Zabarella, Imola, & Abbas in c. 3. de peculo cler. Henric. Boic. in c. ult. eo. Anchar. & Imola in cap. 1. de testa. Baldus in Auth. licentiam. C. de episcopis, & cler. & ibidem Alber. Aret. in consil. 31. col. penult. Barbat. in cap. 1. nu. 2. de testam. Corn. in cons. 314. lib. 3. qui communem esse asseruit. Soc. Sen. cons. 91. col. 3. lib. 3. quos secutus est Didac. in d. cap. 1. num. 9. de testam. idem sentit Afflic. in c. 1. num. 28. de controuers. inter masculum,

& femin. Et ij quidem adducti sunt ex d. Auth. licentiam. C. de episcop. & cler. ibi, quæcunque ante episcopatum probatos fuerit habuisse.

Verum intelligi potest, quæ Episcopi hæredes non sunt in possessione ipsorum bonorum. Ita euitari potest. c. sint manifestæ. 12. q. 1. qui adduci solet in illis verbis, ea quæ episcopi esse probantur. Tertio & melius asseritur ratio à Baldo, Didaco, & alijs, quod si prælatus tenetur tempore quo dignitatem illam consequitur, conficere inuētariū earum rerū, quas ipse ex suo patrimonio aliove titulo hēt. c. Siraculana. 28. d. c. manifesta, & c. sint manifestæ. 12. q. 1. & tradit Abbas in disp. 3. in 4. dubio. si ergo prælatus ipse non cōfecit hoc inuētariū, præsumptio fraudis non cessat, quin. l. acq. uerit ex bonis ecclesiæ.

Octauus est casus, quando bona hæc fuissent empta à fratre, vel consanguineo ipsius prælatis, qui eum procuratorem, & administratorem bonorum suæ ecclesiæ constituerat. Hoc sanè casu bona illa acquisita, non præsumi quæ sita ex bonis ecclesiæ scripsit Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 29. in fin. à quo non distentit Didac. in d. cap. 1. num. 10. vers. quibus illud. de test. Et idem respondit ipsemet Alciat. in respon. 18. num. 1. Qui quidem ea ratione, & argumento motus est, quia ratio illa c. primi. de peculo cleric. quod scilicet prælatus non potest negociari, cessat in procuratore, & administratore, qui potest aliunde lucrari. leg. si defunctus. C. arbitrium tutela. Verum ratio hæc leuis est, cum euenire idem possit in prælato, qui ex officijs, vel aliquo honesto exercitio, ut puta profutendi munere, lucrari iuste potest. Et verè, data terminorum paritate, nulla extat differentia inter prælatum, & eius procuratorem.

Quocirca rectè Didac. præcitato in loco admonuit si iudicem attendente, ac discretè pendere debere, an ex hoc fraus fiat ecclesiæ. Nam sicuti solent per se prælatis ementes ex pecunia ecclesiæ, conficere instrumenta acquisitionum, sub conficito & supposito consanguineorum nomine, ut tradit Abbas in cap. cum sit generale. de foro compet. Ita facile ij concedunt administrationem bonorum ecclesiæ suis ipsis consanguineis, ut cum graui ecclesiæ detrimento dicuntur opulentes 14. fiant, & quamquam coniectura si consanguinitatis ad arguendam fraudem non sufficiat, ut in specie respondit Alciat. in dict. respon. 18. nu. 2. tamen coniuncta coniectura argumento acquisitorum bonorum abundè satis sufficere videtur. Et in specie sic sentit Præposit. in c. episcopus, num. 1. 12. quæst. 1.

Quando fraus à prælato commissa præsumatur in alienatione bonorum ecclesiæ, facta in proprios affines, & sanguine coniunctos?

S V M M A R I V M.

- 1 Alienatio bonorum Ecclesiæ facta à Prælato in consanguineos suos obseruata solemnitate requisita, & in utilitatem Ecclesiæ, valet & consistit.
- 2 Prælatus Ecclesiæ, ut ex bonis Ecclesiæ elemosinam largiri suis potest, ita & alienare in eos, cum Ecclesiæ non defraudetur.
- 3 Executor testamenti in electione pauperum, potest eligere sanguine sibi coniunctos.
- 4 Alienationem bonorum ecclesiæ factam à prælato in consanguineos suos præsumi in dubio factam, in fraudem Ecclesiæ.
- 5 Episcopi circa nepotes, & consanguineos ceci dicuntur.
- 6 Papa conferens beneficium consanguineo, præsumitur motus affectione sanguinis, non reuelatione spiritus.
- 7 Papa quædo peccet alienando bona ecclesiæ in consanguineos suos.
- 8 Emphyteusim, vel infestationem nouam, concessam à prælato consanguineis præsumi fraudulentam.
- 9 Prælatus est usufructus, vel usufructuarius tantum bonorum ecclesiæ.

Q uod in fine præcedentis præsumptionis diximus efficit, ut hic differamus, quando præsumatur fraus in alienatione bonorum ecclesiæ à Prælato facta in proprios affines & sanguine coniunctos. Quia quidem in re duo casus distinguendi sunt.

1 Primus est, quando constat alienationem fuisse factam in ecclesiæ utilitatem, & obseruatas fuisse solemnitates à lege requisitas. Hoc sanè casu cessat omnis præsumptio & suspicio fraudis, & alienatio ipsa valet, ac si cuius extraneo facta fuisset. Ita sentit Bar. in Auth. quibusconque. C. de sacros. eccl. Fed. de Senis in consil. 52. Quidam Prælatis. Abbas in cons. 41. num. 3. lib. 19. quos secutus est Alc. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 29. num. 4. & alios conuicti in cons. 79. nu. 19. lib. 1. vbi auctoritate multorum probauit, Prælatum æquè posse suis consanguineis concedere rem in emphyteusim, vel feudum, sicuti extraneis, modo ecclesiæ non fraudetur. Nam si potest Prælatus suis benefacere, & elemosinam ex bonis ecclesiæ dare, cap. non satis. 86. d. & c. quisquis. 12. quæst. 2. ita etiam potest in eos alienare bona ecclesiæ, modo ecclesiæ non fraudetur. Imò laudandus est Prælatus, qui in his elemosynis antepouit consanguineos extraneis, ut ait Gem. in d. cap. quisquis. Et hinc dicimus, 3 executorem si testamenti in electione pauperum, eligere posse ex sibi coniunctis sanguine. Ita Io. Andræ in addit. ad Spec. in tit. de instrumentorum editione. §. nunc verò aliqua. in addit. quæ incipit continuatur hic alia q. & Anch. in cons. 336. In his dubijs. Et si ab his dissentit Bald. in l. tutor petitus. §. 1. de excul. tutor.

4 Secundus est casus, quando sumus in dubio. Hoc in casu si præsumitur facta alienatio, & concessio ad fraudandam ecclesiæ, sicuti colligitur ex Auth. quibusconque. C. de sacros. eccl. vbi Bar. Bald. & Alber. & apertius probat, c. decenter. 89. dist. & responderunt Barb. in consil. 17. col. 2. lib. 4. Io. Jac. de Leonardijs inter cons. Brun. in cons. 114. nu. 117. & la. in cons. 183. col. ult. vers. non obstat. lib. 2. Et hoc in casu loquitur Rota Rom. in decis. 65. num. 18. in 2. par. in nouis. impress. Confert gloss. c. 1. peruenit. 1. q. 3. Cū dixit, quod Episcopi si sunt ceci circa nepotes, & alios consanguineos, hinc etiam Bal. in l. tutor petitus. §. 1. ff. de excul. tutor. ex illo textu colligit, q. 2. Papa si conferens beneficium consanguineo, ut nepoti, quem ad Cardinalatum promouet, præsumitur motus affectione sanguinis, non autem reuelatione spiritus, & Bald. secutus est Barb. in cons. 16. col. pen. in fin. lib. 1. & in cons. 17. col. 3. lib. 4. Et scribit Arch. in c. non licet. 12. q. 2. Papam si peccare, si alienat bona ecclesiæ in sanguine sibi coniunctos, ut eos diuites efficiat. Et ad rem magis pertinet, quod scripsit Alc. in d. præsumpt. 29. nu. 2. ex 8 sententia Guidonis Papæ, nouam infestationem, si vel emphyteusim concessam ab Episcopo, & Prælato consanguineis proprijs, præsumi factam in fraudem ecclesiæ. Nec obstat, quod Abbas in d. cons. 41. n. 3. lib. 1. dissentire videatur, & existimet d. Authen. quibusconque, loqui in æconomio, qui quidem non habet ita pingue ius sicut Prælatus. cap. 1. §. 4. q. 3. Nam respondetur vnà cum Alciat. in d. præsumpt. 29. eandem esse rationem in æconomio, quæ est in ipso Prælato, cum ita vnus, ac alter lege prohibeatur alienare bona ecclesiæ. Nam et si prælatus malus ius habeat ipso æconomio, quo ad commodum fructuum, attamen est si solummodo usufructus, vel usufructuarius, ut post alios responderunt Soc. Sen. in consil. 32. col. 2. lib. 1. & Bellonus in cons. 3. & propterea de rebus ipsius ecclesiæ disponere ad libitum non potest. Declaratur hic casus, ut locum non habeat quando consanguinei illi essent bonæ vocis, conditionis & famæ, & alienatio appareret facta palam, & bona fide. Nam tunc non præsumitur facta dolo, & in fraudem ecclesiæ. Ita

Quando pecunia à Prælato mutuo suscepta ecclesiæ causa, præsumatur versa in ipsius ecclesiæ utilitatem, & ibidem de alijs his similibus?

S V M M A R I V M.

- 1 Bonis ecclesiæ pretio numerato venditis si emptor ad eorum cōsequationem agit, pretium in ecclesiæ utilitatem conuersum esse probare debet.
- 2 Prælato autem ad recuperationem eorum agenti, probatio incumbit. nu. 2.
- 3 Socius contractu suo socium, quando obliget.
- 4 Pecuniam in utilitatem Ecclesiæ conuersam, præsumptionibus & coniecturis probat.
- 5 Quarum prima est indigentia, tempore pecuniæ acceptæ. num. 5. Alia ab administratoris ducta probitate, & integritate. numero 6.
- 6 Tertia in summa modica num. 7.
- 7 Quarta, si satisfactum sit cause, ob quam pecunia accepta fuit. num. 8.
- 8 Quinta quando codices administrationis haberet aduersarius, eosque edere recusaret. num. 9.
- 9 Dolus contra eum præsumitur, qui quod facere tenetur, non facit.

P R A E S V M P T. LV.

P ermulti sunt casus, in quibus prælatus, qui ecclesiæ causa mutuo suscepit pecuniam, probare debet, pecuniam illam fuisse versam in ipsius ecclesiæ utilitatem, quemadmodum copiose differui in lib. 2. de arbitrijs iudicium. lib. 2. 432. Cum verò re ecclesiæ pretio numerato fuit vendita, si emptor si rem adhuc non est consecutus, & agit ut eam consequatur, debet probare pretium fuisse versum in utilitatem ecclesiæ, secus verò si conuenitur à Prælato, si qui vult rem ipsam recuperare. Nam tunc ipse Prælatus probat. Ita post Abbatem, Socinum & alios respondi in consil. 114. numer. 7. 8. & 9. lib. 3. Ita quoque dicimus, quod socius si obligat suo contractu socium, quando apparet, quod ab eo actum est in communem societatis vsum, & utilitatem esse conuersum. I. iure societatis. ff. pro socio, & ibidem scribunt Bal. Alber. & Fulgol. & responderunt Alexand. in consil. 110. in fin. lib. 3. Ruin. in consil. 29. num. 4. lib. 5. & Crauet. in consil. 129. num. 12. Quia quidem de re differui in consil. 375. num. 4. & num. 31.

Ceterum dubitari solet, quomodo probari possit, pecuniam esse versam in utilitatem ecclesiæ, vel societatis. Et dicendum est posse probari si præsumptionibus, & coniecturis, cum alioqui difficilis probationis sit, sicuti scribunt Bart. in d. Auth. hoc ius potestatum, nu. 17. C. de sacros. eccl. & ibidem Bal. in l. vnica. in fin. C. si aduersus credit. Castr. in cons. 338. Primo quæritur, posito, nu. 2. lib. 1. Rim. Sen. in l. ciuitas. col. ult. vers. sex quo colligitur. ff. si cert. pet. & ibidem Dec. nu. 10. & Alc. nu. 6. Idem respondit Ruin. in consil. 142. nu. 4. lib. 1. Quos quidem secutus sum lib. 2. de arbitr. iud. casu 432. nu. 33.

Prima est coniectura, & præsumptio, quando constat quod si tempore acceptæ pecuniæ ecclesiæ, vel societatis, vel ciuitatis maximè indigebat ipsis pecunijs. Nam tunc præsumitur pecunias versas fuisse in earum utilitatem. Ita gloss. in d. Auth. hoc ius potestatum, quam alij multi probarunt, & idem respondit Ruin. in consil. 76. col. 4. Tomus Primus. Bb 4 in fin.